

**SVM MOS IN PHILOSOPHIA
HONORES**

IN INCLVTA AD ALBIM ACADEMIA
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

**DOMINO
FRIDER. AVGVSTO,**

PRINCIPE REGIO ET ELECTORATVS
SAXONICI HEREDE ETC. ETC. ETC.

PRO-RECTORE MAGNIFICO

VIRO

SVMME REVERENDO, EXCELLENTISSIMO ATQVE
AMPLISSIMO

**DOMINO GOTTLIEB
VVERNSDORFIO,**

DOCTORE ET PROFESSORE THEOLOGO,
ITEMQVE ALVMNORVM ELECTORALIVM
EPHORO GRAVISSIMO

DECANO

MAXIME SPECTABILI

VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ATQVE EXCELLEN-
TISSIMO

**DN. GEORGIO FRIDERICO
SCHROEERO,**

LOGICES AC METAPHYSICES PROFESSORE PVBLICO

VIRO

CLARISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

**DN. IOANNI RECHENBERGIO,
THORVNENSI BORVSSO**

SOLEMNI RITV PRIDIE CALEND. MAII A.O.R. MDCCIX.
DIGNISSIME COLLATOS

VOTIS PROSEQVNTVR

**PATRONI, PRAECEPTORES, FAVTORES
ATQVE AMICI.**



*Orpore robustos decoret gens Graja coronis
Victores, firmis premia detque viris,
Docte RECHENBERGI, longe majora capesfis
Premia, dum vestit flore Minerva caput.
Corporis haud etenim robur, sed mentis acumen
Produnt, Palladia quae data, dona, manu.
Maeste igitur, recto modo perge ad culmina laudum
Tramite, sic major non tibi deerit honos.*

Novis meritisque honoribus applausurus dabat

Gottlieb VVernsdorfius, D.

h. t. PRO-RECTOR.

Continuat Numen pleno Lutherana favore
Gaudia, & obtritum tollit ad astra caput.
Coerula Doctori modo cessit purpura magno,
Nunc ornant claros laurea ferta viros.

Nobilissimo Dn. Rechenbergio Thoruniensi ex merito applaudebat

Io. Georg. Neumannus, D.

RECHENBERGIADAE meritam pro tempore laurum
Gratulor, atque pia gaudia voce precor.
Ornatum doctrina, animo vitaeque nitentem
Pluribus ornabit gratia seica modis.

Deproper.

Val. Ernestus Loescherus,

S. Th. D. et Prof. P.

Iam bene bellatum est; post tot certamina, curas,
Conflictus, doctum, fas, redimire caput.
Hinc RECHENBERGI, capias, quam tem-
pora laurum
Per me nunc Phoebus cingere docta iubet.

Georg. Frid. Schroeer,

h. t. Decanus.

IAm dona confectis ampla laboribus,
Laetus capes sis, Pierides tuum
Et nomen exornant, quod aeva
Sera canent, memoresque fasti.

Honores in Philosophia summos fortunatos precatur

A. Brendelius, Med. D. P. P.

CArmen, AMICE, cupis, sed nullum carmen habebis,
In promptu causa est, carmine nullus eges.
Sat TVA TE virtus, doctrina, modestia, candor,
Phoebo commendant, ut sit ubique decus.

Sed tamen, ut fas est, voveo TIBI iure βαβείων
Profit honor summus, plura feratque bona.

Populari suo charissimo novos eruditione & industria partos
honores laetus lubensque gratulatur, eidemque hic disce-
dens omne felicitatis genus ex animo apprecatur

Gvilielmus VVilckius,

SS. Theol. Licent. haftenus Facult. Philos. in Acad.
Wittenberg. Adessor Ordin. jam vocatus in tem-
plo Provinciali urbis patriae Ecclesiastes.

HAec Tua dum decorat, pie, tempora laurus
Amice,
Gaudeo; nunc vivas patriae, valeas!

Ita gratulab. properabas

M. Io. Michael Reismannus,
Ecclesiast.

Sut tritt Er / Werthester / in Ehren-Tempel ein /
Und meine Muse soll Ihm Freuden-Lieder bringen.
Allein Er wird mir selbst hierin ein Zeuge seyn /
Daß ich ietzt sonst nichts kan / als ein Lamento singen.
Wer seinen Vater nur unlängst begraben hat /
Bevor Er dessen Müß nach Wunsch ersetzen können /
Dem wird man warlich nichts auff sein dienstfertig Blatt /
Als nur ein Trauer-Lied zusehen gern Vergönnen.
Er selbst hat schon vorlängst die Seinen eingebüßt /
Doch wird Er nie an Sie ohn herben Schmerß gedencfen:
Wie vielmehr / da ietzt noch mein Auge sich ergießt /
Muß meines Vaters Todt mich in dem Herzen fräncken.
Und also schreib ich nichts / als dieses Wünschungs-Wort:
Der Himmel laß es Ihm nach Willen stets ergehen;
So wird Er mit der Zeit an dem und jenem Ort
In einem höhern Grad der schönsten Ehren stehen.

Zu Bezeugung seiner Besessenheit wolte dem Herrn Magistro
zu der mit Ruhm erhalten en Dignität gratuliren

M. Augustus Müller,
Fac. Phil. Adj. et Theol. Cand.

SI decus ingenii, si multo parta labore
Doctrina ac virtus non latet in tenebris,
Quid mirum, doctae tibi post certamina pugnae
Si lauri Phoebus cingat honore caput?
Incrementa tuae toto tibi pectore laudis
Gratulor, ac porro prospera quaeque precor.

*Nobilissimo Clarissimoque DN. RECHENBERGIO Amico
in paucis charo, summos in philosophia honores l. m. q.*

gratulatur

M. Io. Gvil. Ianus,
Ord. Phil. Affector.

L*Audibus ingenium praestans cum crescat ubique,
In laetas voces nunc ego sponte ruo.
Maeste animo, VIR CLARE, Deoque sub auspice perge
Cum cura studiis indigilare tuis.
Praemia sic etenim TE mox maiora sequentur,
Virtutisque Tuae fama perennis erit.*

Hiscē

*Nobilissimo Dn. RECHENBERGIO Fautori suo amando
novam honoris accessionem ex animo gratulatur*

M. Io. Iacobus Serber / Argent.
SS. Theol. Cand. et Ord. Phil. Adjunctus.

D*Vm nunc conscendit Tua Virtus culmen honoris,
Et Pallas donat digna brabaeia Tibi.
Applaudo, laudo, solenni grator honori,
Et Tibi conficiat commoda multa, precor.*

*Hiscē Clarissimo Domino Magistro amico suo candido,
de Honoribus Publicis ex animo gratulatur*

Ioh. Frid. Nauß / Ged.



113607